

Einige Beylagen.

I.

Eine Schrift.

In welcher klar gezeiget wird/ daß
nicht Herr Newton, sondern der Herr
von Leibnitz Erfinder des Calculi
differentialis sey.

LEIBNITIUS nunc Viennæ Austriæ agens
ob distantiam locorum nondum vidit
libellum in Anglia nuper editum, quo
Newtono primam inventionem Calculi diffe-
rentialis vindicare quidam conantur. Ne ta-
men commentum mora invalescat, quam pri-
mum retundi debere visum est. Equidem ne-
gare non poterunt novam hanc Analyticam
Artem primum a Leibnitio fuisse editam (cum
diu satis pressisset) & publice cum, amicis ex-
cultam; & post complures demum annos a
Newtono aliis notis & nominibus, quendam
quem vocat Calculum Fluxionum, Differen-
tiali similem, fuisse productum; qui tamen
tunc nihil contra Leibnitium movere ausus est.
Nec apparet quibus argumentis nunc velint
Leibnitium hæc a Newtono didicisse, qui nihil
tale unquam cuiquam quod constet commu-
nicavit, antequam ederet. Leibnitius tamen
ex suo candore alios æstimans, libenter fidem
habuit Viro talia ex proprio ingenio sibi flu-
xisse dictanti; atque ideo scripsit Newtonum
aliquid calculo differentiali simile habuisse vi-
deri.